

perator de propriis bonis nobiliter incepit dotare⁸¹⁾, et ipse primus abbas Warinus nuncupatus⁸²⁾, dicti Caroli prius clericus secularis et consiliarius existens, se et sua⁸³⁾ dicto monasterio dedicavit. Et ex eodem testamento quilibet industrius apte concipere potest, quem vigorem putativa donacio per Constantinum tunc imperatorem Romanorum dudum inantea facta Silvestro⁸⁴⁾ (habeat)⁸⁵⁾. Quis enim compos mentis crederet tam devotum et inclitum cesarem de multis terris et dominiis in dicto testamento descriptis inter heredes suos disposuisse, si in vim donacionis eiusdem, in quantum de illa verisimiliter apparet, ad eandem Romanam ecclesiam pertinuisent? Nam inter donacionem et testamenti faccionem huiusmodi annorum multa centenaria transiverunt, quibus continuo interim nunc per diversos Romanos imperatores et diu per diversarum nacionum reges et principes vel donacione aut permissione principis Romani pro tempore (existentis)⁸⁶⁾ vel per occupationem violentam sive acquisitionem bellicam possessa fuerunt. Hoc probatur eciam LXIII. di. Ego Ludowicus⁸⁷⁾, ubi iste infrascriptus in eodem testamento nominatus unus ex filiis et heredibus institutis dicti magnifici imperatoris, postea imperator Romanorum idem Ludowicus cesar donat⁸⁸⁾ domino Pascali urbem Romanam cum eius suburbanis et ducatu, et similiter eadem di. c. Tibi domino Johanni⁸⁹⁾, ubi felicissimus Otto primus eciam cesar, nominatus magnus Otto, dictam donacionem factam per eundem Ludowicum confirmare videtur in personam Johannis pape XII, ut creditur, filii Berengarii regis Italie; qui Johannes prius⁹⁰⁾ vocatus fuit Octavianus et qui suis excessibus exigentibus postea a papatu repulsus per dictum Ottonem magnum et ei substituto papa Leone misere clausit dies suos, dicto Berengario eciam iniquitatibus gravato plurimis per dictum Ottonem cesarem prius capto et regno privato⁹¹⁾ et deinde eo et aliis filiis ac uxore et⁹²⁾ tota posteritate ipsius in Alamaniam ductis cathenis onustis, ubi eciam miserrime fata solverunt, ut in aliquibus hystoriis descriptis inferius continetur⁹³⁾. Hec T. Verd(ensis) Electus.

Das sogenannte Testamentum Karoli, das die Seiten fol. 111^v—113 einnimmt, ist die Divisio regnorum von 806 Februar 6⁹⁴⁾. Unsere Handschrift ist in der Ausgabe der Monumenta nicht benutzt. — Die obere Hälfte von fol. 113^v ist nicht beschrieben, der Text setzt wieder ein mit der von der zweiten Hand stammenden Überschrift *Ex gestis Romanorum imperatorum*⁹⁵⁾. Was nun folgt, ist wiederum ein Stück aus der Legenda aurea und zwar die fast unmittelbare Fortsetzung des 181. Kap., das schon die Mohammed-Fabel lieferte. Der 1. Satz des dritten Abschnitts fehlt wieder, die Darmstädter Handschrift beginnt:

⁸¹⁾ Hs.: *inceptit* nachgetr. am Rand, *dotare* korr.

⁸²⁾ Hs.: *Warinus nuncupatus* nachgetr. am Rand.

⁸³⁾ Hs.: *sua*, danach getilgt *m*.

⁸⁴⁾ Hs.: *Silvestro* über der Zeile nachgetr.

⁸⁵⁾ Hs.: *habeat* fehlt.

⁸⁶⁾ Hs.: *existentis* fehlt.

⁸⁷⁾ c. 30 dist. 63.

⁸⁸⁾ Dazu Scholion am Rand: *hec donacio dedit causam ecclesie ambicionis infauste, ut apparet in 1^o Johanne papa. T. Verd(ensis) Electus.*

⁸⁹⁾ Hs.: *c.* — *Johanni* über der Zeile nachgetr.; c. 33 dist. 63.

⁹⁰⁾ Hs.: *prius*, danach getilgt *fuit*.

⁹¹⁾ Hs.: *capto* — *privato* über der Zeile nachgetr.

⁹²⁾ Hs.: *et*, danach getilgt *regno privato cum*.

⁹³⁾ S. Mulder S. 48.

⁹⁴⁾ MG. Cap. 1, 126—130, nr. 45.

⁹⁵⁾ Hs.: *imperatorum* korr. aus *imperatoris*, danach radiert *Karoli*.